

122

S. M. Mitzius de Origine Jurisconsultorum Romanorum.

Σ. Θ.
DISSERTATIO
DE
ORIGINE
JURISCONSULTORUM
ROMANORUM,

QUAM
EX LEGE
SAPIENTISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

PRO

VACANTE HISTORIARUM CATHEDRA

In Auditorio Jurisconsultorum

ACADEMÆ PATRIÆ

Ad d. 25. Aprilis, A. 1747. hor. ord.

Publicæ Cl. COMPETITÓRUM censuræ offert

DANIEL MITZIUS, J.U.L.

RESPONDENTE

JUVENE FLORENTISSIMO

JOH. BERNHARDO SARASINO,

Ph. Laur.



BASILEÆ,

Typis JOH. JACOBI THURNISII, EMAN. Fil.

*P. 1246 N 14
Not No. 222*

1246/

DISTRIBUTOR
ORIGINE
JURISCONSTITUTORUM
ROMANORVM

ETATUSSIMI PHILIPPOBORGVS QDSSIMVS

INCINERATORIUM CITTADIA

ACADEMIA TATRIA

DANTE MELISSUS GELI

RESONDENTE

INTVRA TUDORUM SAVIO

JOH. BERNHARDO SARASINO



THIS JOHN LEWIS THOMAS DATED 1717



THES. I.



Um, ab eo tempore, quo academicis exercitiis interesse mihi contigit, tertia vice, publicis disputationibus historicos suos progressus tentarent Candidati; plerumque intra suum circulum eos manifisse & tale speciminis thema selegisse, ad quod illi à studio suo principe invitabantur, obser-vavi. Sic Theologiae cultores de-iis, quæ sacræ literæ & historia ecclæstica suppeditant, conjecturas suas proposuerunt. Medici quoque, quibus historia medica illustretur, examinarunt; unde Themidos filii, quæ ipsis ab alma matre fuggeruntur, historicas an-imadversiones illustrare licet. Quapropter ex historia juris nostri thema petere mecum constitui, quæque tam ex veteribus Romanæ historiæ authoribus, quam ex Juris ejus-que historiæ Dd. & Commentatoribus, de *Origine Jurisconsul-torum Romanorum* didiceram, speciminis loco, Viris clari-simis, brevissimo, quo poterit, modo, propositurus.

A 2

THES. II.

THE S. II.

Examinando ergo originem Jureconsultorum, diversa Romani statu tempora distingueda sunt. Quod si enim JCtum talem tibi fingas, qui clienti suo Jura explicat & interpretatur vel ejusdem partes defendit, tunc nemo dubitat, quin a primis Romae initii & Romuli jam temporibus eorum origo sit derivanda; licet negandum haud sit insuper adhuc distinguendum esse circa caularum Oratores, qui Patroni propriè fuerint, & Jureconsultos, qui saepissime ipsis Patronis, quoque Jura explicabant, prout colligi potest ex Pomponii loco, qui in L. 2. §. 43. r. de O. J. continetur, & ex Voëtio ad hunc titulum (a); quod si vero ille demum JCtus habebitur, cuius reponsis specialis vis tribuebatur, ita ut ab illis recedere Judici non licuerit; ad Augusti Imperatoris tempora eorum origo referenda erit.

(a) In Comment. ad π. h. t. §. ult.

THE S. III.

Romulus equidem statim ac urbem Romanam condidit, Populoque suos ordines & senatum, generis, virtutum, ac opum ratione habita, constituit, Patronatus Jura, ceu quibus, opulentos æque ac inopes mutuo nexus inter se coniungeret, introduxit, atque his facultatem dedit, ut quem vellent ex illis sibi Patronum eligerent, qui ea quæ præcedenti §. notavi Clienti vel Plebejo præstaret, hic vero è contrario erga Patronum ad officia & obsequia prætanda obstringebatur; prout ex Dionysi Halicarnassei (a) loco clarissime constat; quando institutum Romuli de Populo dividendo & Repub. instituenda enarrans, tandem de Patronatus institutione sic dicit: πατρονάδινος δὲ ὅλη τοῖς Πλατυχίοις τοῖς Δινούσιοις, ιντεργένειας εἰδότης τὸν ἐπαρχόντα, ἐν αὐτοῖς ιθύνετο, νίψειν Προστάτην, nec multum ab hujus sententia recedit Plutarchus (b) qui hæc habet: Ετιές δὲ τοὺς Δινούσιους απὸ τῶν πολλῶν δῆμων, Πάτρονας ὄνομα ζεῦ (οντική ίση προσάλλας) εἰσιν δὲ κλίναται. (c)

(a) Ant. Rom. Lib. 2. p. m. 83. edit. Lips. An. 1691. (b) In Vit. Romuli. p. m. 25. edit. Francof. An. 1620. (c) Non desunt equidem, qui in locis horum authorum, aliquam diversitatem animadvertunt; quod si vero diversa tempora spectentur, omne dubium resolutum erit. Loquitur enim Plutarchus

ehus de statu Romano, qualis revera tempore Romuli fuerat, ubi nempe præter centum Senatores, reliqui omnes plebejii, tractu vero temporis demum Patroni patricii ordinis habebantur. Dionysius vero Halicarnassensis loquitur ex sensu Romanorum atatis sue, ubi nempe Patroni præter Senatores pro patriciis quoque habebantur; Clientes vero foli Plebeji ordinis erant; neque movere debet, quod vetustior sit Dionysius Halicarnassensis Plutarcho, adeoque major fides, in delineanda hac historia, ipsi sit tribuenda; quod si enim differentia atatis horum authorum consideretur, tanta illa non est, ut fidem possit facere, rebus ad initium Roma pertinentibus. Denique considerandum, quod revera res eodem redeat, five quis dicat, Romulum populum Romanum ita secrevisse, ut alios Patronos, alias Clientes haberet voluerit, qui Patroni postea patricii, foli clientes vero plebejii ordinis censebantur; five alter dicat: Patricios Patronos, Plebejos Clientes fecisse; ad quam sententiam quoque accedunt, que habet auctor gallus dans l'histoire de la fondation de Rome. Liv. I. pag. 70. n. Z. &c.

THES. IV.

Patronatus jus autem non ad folos Romanos cives, sed & integras colonias, civitates ac nationes sece extendebat, prouti Cicero (*a*) testis est: *Clarissimi Viri nostræ Civitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab honestibus clientibusque suis ab exteris nationibus, que in amicitiam populi Romani ditionemque essent, injurias propulsare eorumque fortunas defendere.* Nemo est ergo, qui ignoret, quam honorificum ac nobile ab initio fuerit Patronatus institutum, lapsu tamen temporis decrescere coepit ejus splendor, ut non patricii ordinis solum, sed & imae plebis homines caussas defenderint; prouti *Juvenalis* in illa Satyra, qua contra illos declamat, qui de nobilitate gloriantur, eandem vero virtute vix exornant, allegat (*b*):

*Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri,
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis:
Ait ego Cecropides. vivas & originis hujus
Gaudia longa feras: tamen ima plebe Quiritem
Facundum irrenies. sole hic defendere caussas
Nobilis indocti. veniet de plebe togata,
Qui juris nodos & legum enigmata solvat.*

De simili lapsu Jurisprudentiae haud levem quærelam movet Cicero dum ita inquit: (*c*) *In Jure cavere, consilio iuvare,* atque hoc scientie genere prodeesse, quam plurimum vehementer & ad opes augendas pertinet & ad gratiam. Itaque cum multa preclaras

clara majorum, tunc quod optimi constituti Juris cœnitis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio; quam quidem ante hanc confusione temporum in possessione sua principes retinuerunt: nam ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sic hujus scientiae splendor delectus est, idque eō indignus, quod eo tempore hoc contigit, cum is esset, qui omnes superiores, quibus honore par esset, scientia facile vicisset.

(a) In Q. Cœcil. de Accusat. in C. Verrem confit. que Divinatio dicitur c. 21. (b) Sat. VIII. v. 44. &c. (c) de Offic. lib. 2. c. 19.

T H E S. V.

Eximiam vero opem his Patronis præstare solitos fuisse JCTos vel ex Ciceronis loco patet (a): *Private, inquit, iudicia maximarum quidem rerum in jurisconsultorum mihi videntur esse prudentia; nam & adstant multum & adhibentur in consilio: & patronis diligentibus, ad eorum prudentiam configientibus hastas ministrantur.* Licet autem negandum haud sit, docendo & libros conscribendo quoque officio suo fuisse functos, cuius rei citatis exemplis locus extat Pomponii (b), præcipuum tamen & glorioſissimum sibi ducebant, de Jure respondere atque consuli; quodque, quam honorifico more fiebat, vel ex solis iis, quæ habet Cicero (c) sufficienter erit probatum, cum v. g. ita loquitur: *Quid enim est preclariss, quam honoribus & Reip. numeribus perfundit senem posse suo iure dicere idem, quod apud Enium dicat ille Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi si non populi & Reges at omnes sui cives consilium expetant,*

*Starum rerum incerti? quos ego mea ope ex
Incertis certos, compotesque consili
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.*

Est enim sine dubio dominus Jurisconsulti totius oraculum civitatis, Tefsis est huiuscem Q. Mucii janua & vestibulum, quod in ejus inservissima valetudine affectaque jam etate, maxima quotidie frequentia civium ac summorum bonorum splendor celebratur. & alibi (d): *Ego vero etatis potius vacationi confidebam, cum præfertim non recusarem, quo minus more patrio sedeis in solio considerentibus responderem, senectutisque non inertis grato atque hone-*

flo

Si fingiteret muniere? sic enim mihi liceret ē isti rei, quam desideras ē multis uberioribus atque majoribus, operae, quantum vellem dare.

(a) In Topic. ad Treb. c. 17. (b) I. 2. §. 47. π. de O. J. (c) de Oratore. lib. 1. c. 45. (d) de Legibus lib. 1. c. 3.

THE S. VI.

Antequam autem de Jure responderit JCtus, solemnibus quibusdam formulis illum Cliens compellabat, eademque verborum solemnitate is respondebat, prout has formulas fusius explicat *Bissonius* (a) passim allegans locum *Horatii* (b) quo ejusmodi formulæ exponuntur; inducitur plebejus aliquis, solemnē ito more Agamemnonem interrogans, hicque simul respondens :

Ergo confidere ē mox respondere licebit?

Confide.

Neque solum partibus respondendo muneri suo satisfiebant JCti, sed & se se invicem ipsos diversæ quoque sectæ deditos consulebant, in quibus peculiaris eorum modestia & se se invicem erudiendi amor ac cupido non ultima laude prosequendæ sunt; ita ut, licet in sententiam magistrorum non juraverint, sed, circa veritatem investigandam, insudarint, omnem arrogantiæ notam procul à se remotam esse voluerint, imo, ubi à præceptorum sententiis recesserunt, illam potius ipsi excusarint, & summa modestia ab illa declinarint, prout his Encomium ex proposito dixit Vir eruditissimus *Antonius Matthei* (c) & luculento exemplo, à summo Batavorum JCto *Gerardo Noodtio* (d), ex Digestis (e) repetito, probatur; ubi Paulus JCtus ait: *Causam sententiam magistri sui bene excusare.*

(a) De formul. lib. 3. c. 85. (b) Satyr. lib. 2. Sat. 3. v. 192. &c.
(c) In Oratione de modestia veterum JCtorum. (d) In fing. de Paet. & Transact. lib. cap. 24. (e) I. 19. §. 2. π. de recept. qui arbit. recep. ut sent. dic.

THE S. VII.

Vidimus supra ex aliquibus Ciceronis allegatis locis, in præclara exhortatione versatos fuisse JCtos nostros; huic opinioni tamen contrarium videtur posse colligi ex aliis

alii Ciceronis observationibus, ut (a) cum inquit: *Si mihi homini vehementer occupato stomachum moveritis, triduo me Jurisconsultum esse profitebor; & postea: Quapropter non solum illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est, verum etiam dicendi consuetudo longe & multam isti vestre exercitationi ad honorem antecellit.* Itaque mihi videntur plerique initio multo hoc maluisse, post, cum id assequi non potuissent, istuc potissimum sicut delapsi, ut aijant in Gracis artificibus, eos acclados esse, qui Citharedi fieri non potuerint: sic nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerint, eos ad Juris studium devenire; nec non (b): *Jus civile vestrum ex libris cognosci potest?* qui quaquam plurimi sunt, Doctorem tamen unumque desiderant; quamvis haec videantur in opprobrium JCTorum dicta, tamen non una est ratio, quae mihi suadet, haec posteriora loca non omnino eorum dignitatem subvertere, præcipue si æqua lance ponderetur. alius Ciceronis (c) locus, ubi illa, quæ non satis videntur inter se convenire, conciliazione conjunxisse censendus erit his verbis: *Qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit non modo judiciorum, sed etiam utilitatis vitaeque communis; qui autem interpres juris vituperat, si imperitos juris esse dicit; de hominibus non de jure civili detrahit; si peritis non putat esse obtemperandum, non homines ledit, sed leges ac jura labefaciat.*

(a) pro Muræna. c. 13. (b) ep. ad Fam. lib. 7. ep. 19. (c) Pro A. Cæcina. c. 25.

THE S. VIII.

Authoritas horum JCTorum postea saluberrima constitutione muniebatur, à felicissimo Imperatore Augusto *ut ex ejus autoritate responderent; ex quo tempore etiam peti hoc pro beneficio cepit; donec optimus princeps Hadrianus rescripsicerit: hoc non peti sed praestari solere,* & ideo si quis fiduciam sui habebet, deleñari sè; populo ad responderendum sè prepararet; ut extant verba omni exceptione majora Pomponii (a); quod si tamen Suetonio (b), Vitas XII. primi faculi Imp. depingenti, fides adhibenda; *Caligula*, non solum hanc à Prædecessoribus auctoritatem ac vim responsorum concessam, adem-

ademiturum & sententia eorum omnem usum abolitum, sed & se me hercle, effectum ut quid respondere possent preter eum, jaſlavit; neque tamen haec a ſequentibus Impp. fuerunt probata; sed potius, ut dixi, privilegia ipforum augēbantur, & dignitas agnoscetatur; quapropter his beneficiis alacriores reddebantur, ut unus altero accuratius rem perſcrutari conatus fuerit; quod in caſa fuerat, ut non potuerint non diversæ inter ipſos exoriri opinioneſ, ita ut alii pro hac, alii pro illa opinione ſteterint, unde tot J Ctorum ſecta ab historiæ juris compileribus obſervantur; prout enim quis ſententia ſuæ affeclias invenerit, in qua ab aliis diſceſlit, ſpecialis ſecta conſtituebatur; de quibus uberiorem fermam habebimus in Lectione D. v. d. 28. Aprilis habenda, ubi diversas horum J Ctorum Scholas & nonnullorum Vi- tas ad incudem revocabimur.

(a) L. 2. §. ult. π. de O. J. (b) in Vita Caligulae c. 34.


THE S. IX.

Ne tamen certa scientia Juris fluctuaret, & huic in commodo obviam ibant Impp. ut ex ſequentibus apparet; 1^o. quando diſſentiebant inter ſe qui conſulebantur, libe- rior & ſolitior iudicandi poſteſ J udicibus competebat; prouti Gravina (a) & Peremonius (b) quoſ Brinquellius (c) allegat; item Hoppius (d) opinantur; 2^{do} quoque nonnulli Impp. J Ctorum controverſias ipſi componebant, uti non ſolum ad horum exemplum 3^{to}. Iuſtinianus ſacratiſſimus Imperator ſo. decisionibus, ſuggerente eās Triboniano, antiqui ju- ris altercationes placavit (e); ſed & infuſper 4^{to}. de Jure no- nro meritus eſt, ut hic verè talis habeatur, cui, ut Ter- nullianus dē Imperatoribus ſui temporis dixiſſe animadver- tur, applicetur, quod nempe totam illam veterem & ſqualen- tem Sylvan legum, novis principalium reſcriptorum & ediſio- rum ſecuribus truicaverit & cederit; ut verò priſtina librorum juris imminſtas planè exulet, faluberrimè fanxit: Nullos juſperitos impoſterū audere Commentarios (Pandectis) appli- care & verboſitate ſua ſupradicti codicis compendium conſiude- re (f); ita ut tam conditor quam interpres legum, ſolus Im- perator

3 (10) 3

perator existimetur; nihil hac lege derogante veteris juris conditoribus, quia eis hoc majestas Imperialis permisit. (g)

(a) in Orig. Jur. Civ. c. 40. (b) II. Animadv. II. (c) in histor. Jur. Rom. Germ. P. I. c. 10. §. 29. not. a. (d) in Comment. ad Inst. §. 8. de J. N. G. & C. (e) §. 7. Inst. de Libert. (f) §. 12. Praef. de Concept. Dig. (g) in fin. l. ult. C. de LL. & Conf. Princip. & Edict.



OPPONENTES

forte fuerunt lecti

VIRI CLARISSIMI atque LITERATISSIMI

Dn. J. HENRICUS FESCHIUS,
A. L. M.

Dn. J. JACOBUS FALCKISIUS,
A. L. M. & J. U. C.

Extra ordinem vero rogatus

NOBILISSIMUS

Dn. J. JACOBUS HUBERUS,
Mag. Cand.

ULB Halle
001 966 979

3



sb



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

ATIO
NE
LTORUM
RUM,
HORUM ORDINIS
IM CATHEDRA
nsultorum
PATRIÆ
7. hor. ord.
IM censuræ offert
LIUS, J.U.L.
NTE
TISSIMO
SARASINO,



Æ,

ISII, EMAN. Fil.

Proprietary
Not for sale

1246 14

1247